est et ab ingenii vestri consideratione extraneum; nisi forte quod exem-
plum ad medium deducitur, de quo est ille iudicatus est, qui tale aliquid[f] fecisse
perhibetur. Absit enim a paternitate vestra sic sapere. Sicut autem
baptizatus semel iterum baptizari non debet, ita consecratus semel
in eodem ordine iterum consecrari non valet. Hoc itaque non solum
beatus Gregorius, sed etiam canones testantur apostolorum. Sanctus
namque Isidorus in praefatione canonici collegii apostolorum cano-
nes recipiendos esse confirmat; quod si cuiquam displicet, velit
nolit, Gregorius[g] cuius auctoritas instar solis in tota fulget ecclesia,
respuendum ~~non~~ est." Def. Maior est conciliorum auctoritas, quam
unius papae Gregorii. Def. Nusquam legitur, quod catholica consecra-
tio in eodem ordine iterum dari possit. Ceterum autem longe incompa-
rabiliter melius beatus Gregorius conciliorum scita considerasse atque
intellexisse dinoscitur, quam homines nostri temporis; ideoque nemo
illi praeferendus est. | VI. Quod eiusdem praevaricationis sit itera-
ta consecratio, cuius praevaricationis sunt heretici, qui catholicos
rebaptizare audent. Def. Iteratam in eodem gradu consecrationem
cuius praevaricationis esse putas? Def. Non putative sed veraciter
scio, quod eiusdem praevaricationis sit iterata consecratio, cuius prae-
varicationis sunt omnes heretici, qui catholicos rebaptiza-
re audent. Anuntiasti[en][i] excidit, quia sicut semel baptizatus iterum
baptizari non debet, ita et qui semel consecratus est, in eodem or-
dine iam consecrari non debet.[k] Def. Itane de levioribus of-
fensis exhortus hereris? Def. Parumne tibi videtur iteratum
facere sacrosanctum ministerium, per quod divinae trinitatis fides

f) inquid 1.

g) Gregorii c. a. i. s. i. t. f. e. respuendum non est. 1.

i) anuntiri 1.

k) valet 3